



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Promouet & per literas religionem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

*Excitat doctos  
ad scribendū.*

*Et Typogra-  
phos ad pios li-  
bros edendas.*

*Promouet &  
per literas reli-  
gionem.*

fuoque ingenio, sed etiam nunc amicis, maxi-  
mèque Martino Cromero, & Friderico Staphy-  
lo, nunc Theologis de Societate ad stringendum  
stylum extimulandis, per aliena ingenia, man-  
que multas sacrū cum impietate ciebat bellum.  
Quippe notum est, aiebat, scriptis hoc seculum  
delectari, & Catholicos confirmari, & Hæreticos  
debilitari, & pios recreari plurimum. Quare  
quoque ratione non sint filij lucis imprudentio-  
res, quàm filij huius seculi, & tenebrarum. Il-  
verò Typographos super hæc Catholicos arctat  
bi familiaritate, ac necessitudine coniunxit  
quo procliuus adduceret ad locupletandam Re-  
publicam bonis codicibus: quanquam Augusti  
quidē eo tempore Typographia Catholica nulla  
erat. Inter ceteras autem occupationes, nec  
quidem siue negotio, siue fructu postrema, recep-  
tio erat, & missio literarum. Consulebatur enim  
a maximis viris de rebus grauissimis: & ipse ultra  
literis appellabat suis, quos existimabat possi-  
publicæ rei prodesse: Quæ sanè plurimæ erant  
nec pauciores illæ, quas Prouinciæ suæ admini-  
strandæ causa accipiebat, dabatque, quid factu  
foret opus præcipiens, respondēs dubitationibus

confo

consolans mœrentes, recreans fatigatos, incitans lentos, omni deniq; boni Reſtoris, Ducis, Patris-que fungens officio. Ad hos porrò labores tam graues, tamque multiplices quis non miretur vni homini vel tempus ſuffeciſſe, vel vires? Sed nimirum adest piè laborantibus vigor, ac robur è cœlo: & gnauiſ hominibus induſtria mirè producit horas. Sub id tempus inualuere plurimum in Gallia Hugonotti, Hæreticiq; Calviniani: nec occaſionem Lutherani prætermiſere. Seditioſum ſparſere ſcriptum, quo Regi Galliæ ſua probare fabuloſa inuenta conabantur. Effecit Caniſius, vt ſanum doctumque contra ſcriptum, haud dubiè conditum ab ipſo, prodiret, quo apud eundem Regem eximium ſuum Catholici religionis tuendæ ſtadium declararent. Refloſcente autem religione in vrbe Auguſta, reuiuifcere ſimul cœpta, ac reuireſcere, quæ penitùs videbatur emarcuiſſe Virginitas. Multæ puellæ quanquam & generis nobilitate, & diuitiarum amplitudine ad blandimenta ſeculi pellicerentur, nuptiis tamen mortalibus præoptauere integerrimos, æterni Sponſi complexus.

Ergo tali ſucceſſu gratulabantur ſibi priſcorum

*Etiã de Oab-  
la ſollicitum.*

*Excitatur Au-  
guſta Virgini-  
tas.*